UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

216. De Kalendis, quando Presbyteri simul conveniunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Visual Library

contineant omnes Presbyteri, maximè in talibus locis, ut non vituperetur miniſterium noſtrum. [*Burchardus:* ut non vitup. min. illorum. *Codex Helmæſtad.* ne min. noſtrum vituperetur.]

De Kalendis, quando Presbyteri ſimul conveniunt. *Vnde ſuprà cap.* xvi.

CCXVI. Quando Presbyteri per Kalendas ſimul conveniunt, poſt peractum divinum miniſterium & neceſſariam collationem, non * quaſi ad prandium, ibi ad tabulas reſideant, & per talia inhoneſta convivia invicem graventur, quia indecens eſt & oneroſum. Sæpe etiam tardè ad Eccleſias redeuntes, magis damnum de reprehenſione conquirunt & de gravedine mutua contrahunt quàm lucrum ibi faciant. Nam de hujuſmodi conventu Paulus Corinthios reprehendit, qui inconvenienter cœnam dominicam manducare conveniebant. Sic & qui ad cœnam dominicam, id eſt, ad collationem verbi ſub occaſione conveniunt, & * exuri ætate ventriſca conjunguntur, reprehenſibiles coram Deo & hominibus habentur. Et ideo peractis omnibus, qui voluerit, panem cum caritate in domo fratris ſui ſimul cum fratribus frangat & ſingulos biberes accipiant, maximè ultra tertiam vicem poculum non contingant; & ſic ad Eccleſias redeant.

Hincmar. ibid. c. 15. Riculf. c. 20. Capitulare Ahytonis c. 29. Burchard. lib. 2. c. 164.

* *Burchardus:* non quaſi ad plenam refectionem, ſed

1. Cor. 11.

* *Edit. Helmæſtad. Burchard. & Hincmar.* ex veritate ventris cauſa. Vide Concilium Nannet. c. 15.

De his qui de nihil habentibus ordinantur.
Ex Concilio Carthaginenſi.

CCXVII. Placuit ut Epiſcopi, Presby-

CodexCanon.